Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale benedictinum - Cod. Schuttern 3

Schuttern, [2. Hälfte des 15. Jh.]

Missae speciales

urn:nbn:de:bsz:31-22910

Visual Library

tate congregacōem, et tibi to
to corde p̄strata. ab hostiū
ꝑiculis tuere clementer insi
dijs p. Secreta. Suscipe
q̄s omp̄s deus nr̄e deuocio
nis oblacōem, et p̄ huius
virtute sacramenti, tue ma
iestatis famulos cunctis
protege ꝑiculis p. do. Conplu.
Sumptis redempcōnis
nr̄e muneribus. p̄sta q̄s mi
sericors deus, eor̄ celebracō
ne nobis tue ꝓteccōnis ꝯt
omēs aduersitates subsidiū.
Contͣ tēptacōes carnis. p.
Ure igne sc̄i sp̄us re oro.
nes nr̄os et cor nr̄m do
mine, ut tibi casto corpore
seruiamus et mundo corde
placeamus. p do. in vnita
te eiusdē sp̄us. Secret. Di
rumpe dn̄e vincula pc̄ōrū
nr̄or̄, ut sacrificare tibi hos
tiam laudis absoluta liber
tate possim⁹, tribue q̄ ante
tribuisti et salua nos p in
dulgenciā quos saluare di
gnatus es p graciam p Conplu.
Dn̄e adiutor et ꝓtector
nr̄ adiuua nos. ut floreat
caro nr̄a vigore pudicicie
et sīmonie nouitate, erep

tamq̄ȝ de manu tartari in
resurrecōis glīa iubeas pre
sentari p do. Ad repellen
das malas cogitacōes ora.
Omp̄s et mitissime deꝰ
respice ꝓpicius preces
nr̄as, et libera corda nr̄a
de malar̄ tēptacōne cogita
cōnū: ut sc̄i sp̄us dignum
fieri habitaclm̄ mereamꝰ p.
Has tibi dn̄e offeri Secret.
mus oblacōes pro salute
nr̄a q̄ꝰ animas nr̄as sc̄i
sp̄us gr̄a illuīare dignetur.
p eiusdē. Conplu. Deus qui
illumias omnem hoīem veni
entē in hūc mūdū, illumia
q̄s corda nr̄a gr̄e tue splen
dore ut digna maiestati
tue cogitare et te diligere
valeamus p dn̄m.
Missa de sc̄issima aīa xp̄i.
Ad te leuaui animā meam
deus meus in te ꝯfido non
erubescā neqȝ irrideant me ini
mici mei etenī vniūsi q̄ te exspec
tant nō ꝯfundentur. V. Miserē
mei deus miserē mei qm̄ in te cō
fidit anima mea. Glia marie
Deus q pro. oro sis dicit.
nr̄a redempcōe nasci
et crucifigi voluisti, Ainder

reprobari. et iuda osculo
tradi et vinculis ligari. ut
agnus innocens ad victi
mā duci: ante conspectum
pylati offerri falsis quoque
testibus accusari. flagel
lis iurgiis obprobriis moles
tari alapis cedi sputo con
spui. spinis coronari cla
vis perforari. triphas cru
delissimas et sevissimas
penas ab omnibus penis
inferni libera nos et per
sanctissimā animā tuā qui
in sca cruce in manus patris
tui commendasti et inclina
to capite spiritum emisisti. illuc
perduc nos miseros pecca
tores quo perduxisti tecum servo
penitentem latronem. Qui
Intervenat pro no Alia oratio
bis qs dne deus omps a
nima xpi gloriosa de cuius
hodie cultu gaudemus et
honore. ut de numero illa
fieri mereamur omnium.
pro quibus posita fuit in
morte eius sce dni nri ihu
xpi filii tui tecum regnantis
in unitate sps sci deus p
Ioia semula se, Sapie,
Vapor est enim virtutis
dei et emanacio quedam
est claritatis omnipotentis
dei sincera, et ideo nichil inq
natū in illā incurrit. Candor
est enim lucis eterne et speculū
sine macula dei maiestatis.
et ymago bonitatis illius.
Et cum una omnia potest et perma
nens in se omnia innovat
et per naciones sanctas in animas
sanctas se transfert amicos dei
et prophetas constituit. Nemi
nem enim diligit deus: nisi
eum qui sapia inhabitat.
Est enim speciosior sole: et su
per omnē stellarum disposicio
nem luci comparata invenitur
prior. Illi enim succedit nox.
Sapiencia autem vincit ma
liciam. Attingit ergo a fine
usque ad finem fortiter et disp
nit omnia suaviter. Hanc
amavi et exquisivi a iuven
tute mea. et quesivi sponsā
michi assumere et amator fac
tus sum forme illius. Generositatem
illius glorificat contubernium
habens dei: sed et omnium dns dilex
it eam. Rx. Quemadmo
dum desiderat cervus ad fontes aqua
rum ita desiderat aīa mea ad te deus,
V. Sitivit aīa mea ad deum fontem

vivum quando veniam et apparebo ante faciem dei. *Alleluia. V.* Magnificat anima mea dominum et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. *Sequentia.*

In illo tempore Dixit. *Iohannem.* Ihesus discipulis suis Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et ubi ego sum: illic erit et minister meus. Si quis michi ministrauerit, honorificabit eum qui est in celis. Nunc anima mea turbata est: et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de celo dicens. Et clarificaui: et iterum clarificabo.

Offert. Iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius uenite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee. *Secret.* Auxilientur nobis domine ihesu christe omnes passiones tue, et defende ab omni tribulacione et angustia ab omni dolore et tristicia, ab omni luctu et miseria. ab omni persecucione inimicorum uisibilium et inuisibilium. credimus enim quod in quacumque die memoriam passionum tuarum et sanctissime anime tue memoriam habuimus salui erimus. ideo de immensa tua pietate confisi, precamur te per crudelissimas tuas passiones et per sanctissimam animam tuam quam pro nobis in ara crucis patri tuo obtulisti et commendasti, ut benigno nos protegas auxilio, et continua pietate conserues. ~~Per~~ Qui cum eodem. *Secreta.*

Munera domine oblata sanctifica et nitis ac precibus sanctissime anime dilectissimi filii tui domini nostri ihesu christi a peccatorum tenebris mundemur maculis et ab hominum semper liberemur insidiis atque a cunctis nos defende periculis. Per eundem. *Commun.* Lauda anima mea dominum laudabo deum meum in vita mea psallam deo meo quamdiu fuero. *Complenda.* Deus qui de celo lumen de lumine, qui humanum genus crucis patibulo ex precepto patris redimere dignatus es. qui nos indignos famulos tuos proprio sanguine tuo redemisti, et in eadem cruce

pro redempcōe nr̄a aīam
tuā inclinato capite emisisti.
te deus suppliciter exoramus,
ut non sc̄dm pc̄ta nr̄a facias
nobis. sed sc̄dm mīam tuā
saluos nos fac, tu quoqȝ do
mine exurge deus salutis
nr̄e et esto nobis turris forti
tudinis. et clipeus inexpug
nabilis iusticie afacie tam
corꝑalis quā incorꝑalis in
imici atqȝ ab omī adūsitate
custodi nos famulos tuos
Qui in eodem. Cōpl'. Da qs
dn̄e deus; ut qui celestia ali
menta percepimus. ꝑpetua mē
tis et corporis sanitate gaudere.
et gloriose aīe benignissimi filii
tui dn̄i nr̄i ihu xp̄i intercessione
a pn̄ti liberari tristicia &
eterna ꝑfrui leticia. Per eundem.

De uulneribus xp̄i Introitus.

Gaudeamus omnēs in dn̄o di
em festū celebrantes in ho
nore sc̄or xp̄i uulner de quorum
sollempnitate gaudent angeli et
collaudant filiū dei V. Letentur celi
et exultet terra iubilate montes

Deus qui ho Orō. laudē.
dierna die sacratissimor
uulner tuor gl'osa sollemp
nia celebramus, concede ꝓpicius;
ut a ꝑpetuor nr̄or uulneribȝ
eorundē preciosor stigmatū
tuor interueniētibus men
tis expiati. ꝑpetue btitudinis
pmia ꝯsequi mereamur. Qui uiuis.

In diebus ill'. Dix' Lectō ysaie.
ysaias. Dn̄e quis credidit au
ditui nr̄o: et brachiū dn̄i cui
reuelatū est. Et ascendet sicut
uirgultū corā eo: et sicut radix
de terra sicienti. Et nō est spēs
ei neqȝ decor. Et uidimus eum
et non erat aspectus: et desi
derauimus eū despectū et nouis
simū uiror. Virū dolorum &
scientē infirmitatē. Et quasi
absconditus uultus eius et
despectus. Vnde nec reputaui
mus eū. Vere languores nr̄os
ipe tulit, et dolores nr̄os ipe
portauit. Et nos putauimus
eum quasi leprosū et ꝑcussū
adeo: et humiliatū. Ipe autem
uulneratus est ꝓpter iniquitates
nr̄as: attritus est ꝓpter scelera
nr̄a. Disciplina pacis nr̄e
sup eum: et liuore eius sana
ti sumus. Omnes nos quasi o
ues errauimus: unusquisqȝ
a uia sua declinauit. et dn̄s
posuit in eo iniquitates omi
um nr̄m. Oblatus est quia ipse

noluit et non aperuit os su-
um. De angustia et de iudicio
sublatus est: generacionem eius
quis enarrabit? quia abscisus
est de terra viuencium. Propter scelus
populi mei percussi eum: et dabit im-
pios pro sepultura et diuitem
pro morte sua. eo quod iniqui-
tatem non fecerit: nec dolus fu-
erit inuentus in ore eius. et
voluit dominus conterere eum in in-
firmitate. Si posuerit pro pecca-
to animam suam. videbit semen lon-
geuum: et voluntas domini in ma-
nu eius dirigetur pro eo quod
tradidit in mortem animam suam:
et cum sceleratis reputatus est.
Et ipse peccata multorum portauit:
et pro transgressoribus ora-
uit ut non perirent. Dicit dominus
omnipotens. Gr. Christus vulne-
ratus est propter iniquitates nostras
attritus propter scelera nostra cuius
liuore sanati sumus. V. Propter quod
et deus exaltauit illum et dedit illi
nomen quod est super omne nomen.
Alleluia. V. Dulce pectus dulcis
cruor dulcia vulnera que sola fu-
isti digna reserare regnum celorum. S.
In illo tempore. Assumpsit Lucam.
ihesus duodecim discipulos suos
et ait illis. Ecce ascendimus

iherosolimam: et consummabuntur
omnia que scripta sunt per prophe-
tas de filio hominis. Tradetur
enim gentibus et illudetur: et
flagellabitur et conspuetur. Et
postquam flagellauerint occident
eum et die tercia resurget. Cre-
do in unum deum. Offertorium. Protege
domine plebem tuam per sacra vulnera
tua ab omnibus insidijs inimicorum
omnium ut tibi gratam exhibeamus ser-
uitutem et acceptabile tibi fiat sa-
crificium nostrum. Secreta. Sacrifi-
cium domine quod immolamus pla-
catus intende. ut ab omnibus
nos eruat bellorum nequicijs.
et per sacro sancta vulnera filij tui ad
aduersariorum insidias conte-
rendas potestatum. nos in tue
protectionis securitate constituas
Per eundem. Prefacio. Qui salutem
humani ge. Communio. Nos autem
gloriari oportet in sanctis vulneribus
domini nostri ihesu christi. Complenda. Domine
rex celestis qui descendisti de ce-
lo. ut tam turpiter et tam dure
affligereris. ut nos perditos
eriperes ab eternis penis, con-
cede propicius tuis supplicibus
ut qui tuorum vita vulnerum
innouamus, statim clemencie sen-
ciamus: et ab omnibus periculis

corporis et anime eruamur. Qui vivis. Pro infirmo missa.

De necessitatibus meis eripe me domine vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea deus meus. V. Ad te domine levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam. Gloria patri

Omnipotens sempiterne deus Oratio. O salus eterna credencium exaudi nos pro infirmo famulo tuo pro quo misericordie tue imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referat acciones per dominum.

Karissimi. Tristis beati Jacobi apostoli. ratur aliquis vestrum: oret equo animo et psallat. Infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesie. ut orent super eum. ungentes eum oleo in nomine domini: et oracio fidei salvabit infirmum. Et alleviabit eum dominus: et si in peccatis sit dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: et orate pro invicem ut salvemini. Graduale. Miserere michi domine quoniam infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea et anima mea turbata est valde. Alleluia. V. Qui sanat contritos corde et alligat contriciones eorum. Secundum lucam.

In illo tempore. Surgens ihesus de synagoga: introivit in domum symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus: et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad ihesum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Offertorium. Benedic anima mea domino et noli oblivisci omnes retribuciones eius et renovabitur ut aquile iuventus tua. Secreta.

Deus sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt. suscipe preces et hostias famuli tui pro quo egrotante misericordiam tuam imploramus. ut de cuius periculo metuimus. de eius eciam salute letemur. Per. Communio. Intellige clamorem meum intende voci oracionis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Complenda.

Deus infirmitatis humane singulare presidium. auxilii tui

ante te. Tu deus propicius et
misericors et longanimis
et multe miseracionis. ne a-
uertas faciem tuam a me:
quia deus miseracionum et
clemens tu es. Gr. Ab oc-
cultis meis munda me domi-
ne et ab alienis parce seruo tuo.
v. Si mei non fuerint domina-
ti tunc immaculatus ero et emū-
dabor a delicto maximo. Alla.
v. Diligam te domine uirtus
mea dominus firmamentum
meū et refugiū meum et libera-
tor meus. Sc̄d'm marcum.
In illo tempore. Venit ad ihm
leprosus deprecans eum: et
genu flexo ait. Si uis potes
me mūdare. Ihus autem
misertus eius extendit ma-
nū eius: et tangens eū ait
illi. Volo mundare. Et hoc
cum dixisset statim discessit
ab eo lepra: et mundatus
est. Et cōminatus est ei. Sta-
timqz eiecit illum et dicit ei.
Vide nemini dixeris. Sed
uade ostende te principi sa-
cerdotum; et offer pro emū-
dacione tua que precepit
moyses in testimoniū illis.
Offert. Miserere michi dñe
sc̄d'm magnā misericordiam
tuā dele dñe iniquitatē meam.
Secret. Deus misericordie
deus pietatis et indulgencie
queso miserere mei. et sacrifi-
ciū quod tue pietati hūiliter
offero benigne digneris susci-
pere, ut p̄cta que labentibus
uicijs contraxi piius ac propici⁹
et miseratus indulgeas. ut
loco penitencie flumē lacrima-
rum concesso, ueniam a te me-
rear accipe oīm delictoz. Per.
Com. Illumina faciem tuā super
seruū tuū et saluū me fac in tua
mia domine non confundar qm̄
inuocaui te. Cplīa. Deus ui-
uorū et saluator oīm, qui
non uis mortem, nec letatis
in pdicione morienciū, te sup-
pliciter deprecor ut concedas
michi ueniā delictoz. ut ad-
missa defleam. et ex postmo-
dum non admittā. ut cum
michi extrema dies finisqz ui-
te aduenit. emūdatum a de-
lictis omnibus me angelus sā-
tatis suscipiat. P dnm. Pro
quacūqz tribulacione missa.
Exurge quare obdormis dñe
exurge et ne repellas in fi-
nem quare faciem tuam auis

obliuisceris tribulacionem nostram
adhesit in terra uenter noster exur-
ge domine adiuua nos et libera nos
V. Deus auribus nostris audiui-
mus patres nostri annunciauerunt nobis.
Deus qui non mortem Oratio
sed penitenciam deside-
ras peccatorum, populum tuum quesumus
ad te conuerte propicius, ut dum
tibi deuotus extitit, iracun-
die tue flagella ab eo amo-
ueas. Per dominum. Lectio libri hester.
In diebus illis. Orauit hes-
ter ad dominum dicens. Domine de-
us rex omnipotens in dicione tua cun-
cta sunt posita: et non est qui
possit tue resistere uoluntati.
Si decreueris saluare nos: con-
tinuo liberabimur. Tu enim
domine fecisti celum et terram:
et quicquid celi ambitu con-
tinetur. Tu es dominus omni-
um: et non est qui resistat
maiestati tue. Et nunc domine
rex regum deus abraham
miserere populo tuo: quia uo-
lunt nos inimici nostri perdere,
et hereditatem tuam delere.
Ne despicias partem tuam
quam redemisti tibi: sed exau-
di deprecacionem nostram et pro-
picius esto sorti et funiculo
hereditatis tue. Et conuerte
luctum nostrum in gaudium: ut ui-
uentes laudemus nomen
tuum. Et ne claudas ora ca-
nencium te: domine deus noster.
Gr. Adiutor in oportunita-
tibus in tribulacione sperent in te
qui nouerunt te quoniam non
derelinquis querentes te domine.
V. Quoniam non in finem obliuio
erit pauperis paciencia pauperum
exurge domine non preualeat
homo. Alleluia. V. Ostende nobis
domine misericordiam tuam et
salutare tuum da nobis. S. luca.
In illo tempore dixit ihesus dis-
cipulis suis. Habete fidu-
ciam dei. Amen dico uobis,
quia quicumque dixerit monti
huic tollere et mittere in ma-
re: et non hesitauerit in corde
suo sed crediderit, quia que-
cumque dixerit fiant fient ei.
Propterea dico uobis. Omnia
quecumque orantes petitis cre-
dite quia accipietis: et ueni-
ent uobis. Et cum stabitis
ad orandum dimittite si quid
habetis aduersus aliquem:
ut et pater uester qui in celis
est dimittat uobis peccata
uestra. Credo non dicitur. Offer.

cium uc. Scriptum est enim.
Michi vindictam: et ego retri
buam dicit dominus. Si esurie
rit inimicus tuus: ciba illum.
Si sitit. potum da illi. Hoc
enim faciens: carbones ignis
congeres super caput eius. Noli
vinci a malo: sed vince in bo
no malum. Gr. Letatus
sum in hiis que dicta sunt michi
in domum domini ibimus. V. Fiat
pax in virtute tua et habundan
cia in turribus tuis. Alla. V.
Qui posuit fines tuos pacem et
adipe frumenti saciat te. Alla.
In illo tempore. Dice Secundum lucam.
bat ihesus discipulis suis pa
rabolam hanc. Quia opor
tet semper orare: et non defi
cere dicens. Iudex quidam erat
in quadam ciuitate qui deum
non timebat et hominem
non reuerebatur. Vidua au
tem quedam erat in ciuitate
illa: et veniebat ad eum dicens
Vindica me de aduersario
meo. Et nolebat per multum
tempus. Post hec autem
dixit intra se. Et si deum non
timeo: nec hominem reuereor.
tamen quia molesta est michi
hec vidua. vindicabo illam.

ne in nouissimo veniens
suggillet me. Ait autem do
minus. Audite quid iudex in
iquitatis dicit. Deus autem
non faciet vindictam electo
rum suorum: clamancium ad se
die ac nocte. et pacienciam
habebit in illis. Dico autem
vobis: quia cito quod faciat
vindictam illorum. Veruntamen
filius hominis veniens putas
inveniet fidem in terra. Offer.
Sicut in holocausto arietum
et thaurorum et sicut in milibus
agnorum pinguium sic fiat sacri
ficium nostrum in conspectu tuo hodie
ut placeat tibi quia non est con
fusio confidentibus in te domine. Secret.
Deus qui ardentes in te
populos nullis sinis concuti
terroribus. dignare preces
et hostias dicate tibi plebis
suscipere. ut pace a tua pie
tate concessa. xpianorum
fines ab omni hoste faciat
esse securos. P. Prefacio cottidiana.
Com. Pacem meam do vobis
pacem relinquo vobis. Cpln.
Deus auctor pacis et ama
tor. quem nosse viuere cui
seruire regnare est. protege
ab omnibus impugnacioni

bus supplices nos. ut qui in
defensione tua confidimus
nullius hostilitatis arma
timeamus. Per. Sequuntur
collecte pro defunctis scilicet
Pro uno defuncto oratio.
Omnipotens sempiterne deus
cui numquam sine spe misericordie
supplicatur. propiciare anime fa-
muli tui. ut qui de hac vi-
ta in tui nominis confessione
decessit. sanctorum tuorum nume-
ro eum facias aggregari. Per. Secreta.
Propiciare domine anime
famuli tui pro qua tibi hos-
tias placationis et laudis
offerimus. et qui in hac
fide permansit katholica.
in futuro vita [illegible]
eterna. Per. Complenda. Oramus
omnipotens deus. ut anima famu-
li tui ab angelis lucis susce-
ptam, in preparata habitacula
deduci facias beatorum. Per.
Pro una defuncta oratio.
Quesumus domine pro tua
pietate miserere anime famule
tue. et a contagiis morta-
litatis exutam in eterne salva-
tionis partem restitue. Per. Secreta.
Hijs sacrificiis domine anima
famule tue a peccatis omnibus

exuatur. sine quibus a cul-
pa nemo liber existit. ut per
hec pie placationis officia
perpetuam misericordiam consequatur. Per.
Inveniat quesumus domine anima Complenda.
famule tue lucis eter-
ne consorcium, cuius perpetue
gratie consecuta est sacramentum. Per.
Pro congregatione oratio.
Deus venie largitor et
humane salutis amator
quesumus immensam clemenciam
tuam. ut nostre congregationis fratres
et sorores omnesque debito-
res nostros qui ex hoc seculo
transierunt. beata maria sem-
per virgine cum omnibus sanctis
intercedente. ad perpetue beati-
tudinis consorcium perveni-
re concedas. Per dominum. Secreta.
Deus cuius misericordie non est
numerus. suscipe propicius
preces humilitatis nostre. et a-
nimabus famulorum famu-
larumque tuarum fratrum nostro-
rum, quibus tui nominis
dedisti confessionem per hec
sacramenta salutis nostre
cunctorum tribue remissio-
nem peccatorum. Per. Complenda.
Deus vita viventium spes
morientium salus omnium in te